



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Inbetur & stylo & voce rem gerere.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

identidem cùm recurreret menti cura, ac verere-  
tur ne contra Numinis instinctum despiciendo  
faceret, cuncta arcana pectoris, vt Patri filius, quo  
liberaret conscientiam, sincerè Lainio patefecit.  
Is negligendū nequaquam ratus publicē illum v-  
tilitati patefactum aditum Augustæ, Cardinali,  
& Canonicis Canisium tradit: Canisioq; respon-  
det, vtramque vt operam styli pariter, ac linguæ  
coniungat: telis vtrisq; cominus, eminusque rem  
gerat, ac Dei Ecclesiæ militet. Non potuit gratius  
quicquam accidere Augustanæ Ecclesiæ, præser-  
tim Antistiti Othoni. Et Canisius respōsum Præ-  
sidis sui, quod sanctissimum, ac prudentissimum  
consilium vocat, velut à Deo profectum accepit:  
& ad vtrumque munus ( nihil enim geminatum  
sibi negotiū, quidq; otij Prouinciali, & Cōciona-  
tori eius loci relinqueretur, sed tantum Obédien-  
tiæ nutum intuebatur) maiore quadam fiducia  
cūram aduertit. Vtque intelligas quam nihil de  
suo laboraret nomine, sed de vtilitate vna publi-  
ca: quamq; de se humiliter, de aliis præclarè senti-  
ret, per hunc ipsum temporis tractum, qui suos e-  
dere fœtus poterat, in alienis quasi educandis, &  
publicandis multum operæ posuit. Et ordinavit

Y aduer-

*Inbetur & Py-  
lo, & Vocerem  
gerere.*

*Hosij Opera ad  
pratum concin-  
nat.*